

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

SERENISSIMO PRIN-
CIPi D. D. FERDINANDO MEDICI, S. R. E.
CARDINALI, MAGNOQVE ETRVRIÆ
DVCI, HISPANIARVM PROTECTORI.

TALIAM terrarum florem etsi singulari studio & labore ex tabulis & libris quam potui emendatissime congefferim, Serenissime Princeps, non tamen sine illustri ornatu in summorum virorum conspectum, à quibus illa expetitur, dimittere consultum videbatur, quod inde maior autoritas & splendor accedat. Quam in re cum sollicitus essem, non vani ad antiquissimi sapientissimiq; Regis IANI sedem Etruriam me pertraxit animus celebrandæ antiquitatis Romanæ auidus: quemadmodum enim ibi autoribus Hercule Idæo, Tusco eius filio, Iano nepote & huius tutore Atlante Italo omnis gloria Italiæ veluti à primis incunabulis orta fuit, ita non dubito, quin eius renouata hic memoria, et tui Iano succedentis gloria ac Celsitudo meum opus plurimum sit commendatura, & sui reuerentia emulorum ausus tanquam regius Mæcenas repressura. Tuæ igitur Celsitudini, Illustrissime Princeps, hoc opus consecratum commendatumque opto, & offero, ad quam me perpulit audaciam fauor & tutela, qua studiosos omnes, & artibus addictos complecteris, ita vt debitor e me, licet longè distitum, vt reliquos studiosos omnes, ad colendam & obseruandam Tuam Celsitudinem crederem. Græciam adieci ex autoribus aliquot, præcipuè Pausania, castigatam & auctam. Illyricum siue Sclauoniam & Thraciam requirebat institutum meum, quo coherentes & aliqua ratione inter se communicantes regiones in vnum colligens, paulatim totum orbem per tomos exhiberem. Si quid amplius, præcipuè Italiæ, cuius potissimum antiquitatem celebrare desidero, contigerit, quantum patietur properans senium Illustrissimæ Celsitudini Tuæ adiungam, quam Reipublicæ diutissime incolume n precor. Duysburgi 13. Martij, Anno 1589.

Illustrissimæ Celsitudini Tuæ

Omni studio deditissimus

Gerardus Mercator Illustrissimi
Ducis Cliuiæ, &c. Cosmographus.